

58

[MC 26]

cat 39

Recto

illi. et non receperunt eum. quia facies eius
erat euntis in ierusalē. Cū uidisset
autē discipuli eius. iacobus et iohannes di-
xerunt. Domine uis dicemus ut ignis descen-
dat de celo. et consumat illos sicut
belias fecit. Et conuersus increpauit
illos dicens. Nescitis cuius spiritus estis?
Filius hominis non uenit animas perdere.
sed saluare. Et abiit in aliud caste-
lum.

Doon in lx. Scdm lucam.

In illi tempore. Cum turba plurima con-
uenirent. et de ciuitatibus properaret
ad iherosolimam. dixit per similitudinem
Exiit qui seminat seminare semen suum.
Et dum seminat aliud cecidit secus
uiam. et conculcatum est. et uolucres celi
comederunt illud. Et aliud cecidit su-
pra petram. et natum arruit. quia non
habebat humorem. Et aliud cecidit
inter spinas. et simul exorte spine
suffocauerunt illud. Et aliud cecidit
in terram bonam. et ortum fecit fructum